

6.13: Gallic society; the Druids

In omnī Galliā eōrum hominum quī ^{abl. adesc.} aliquō sunt

numerō atque honōre genera sunt duo. Nam plēbēs paene

servōrum habētur locō, quae nihil audet per sē, nūllō adhibētur

^{abl. Place Where} cōsiliō. Plērīque, ^{TEMP} cum aut aere aliēnō aut māgnitūdine

tribūtōrum aut iniūriā potentiōrum premuntur, sēsē in

servitūtem dicant nōbilibus, ^{dat. poss} quibus in hōs eadem omnia sunt

iūra, quae dominīs in servōs.

Sed dē hīs duōbus generibus alterum est druidum, alterum

^{GEN} equitum. Illī rēbus dīvīnīs ^{+DAT} intersunt, sacrificia pūblica ac

prīvāta prōcūrant, religiōnēs interpretantur: ad hōs magnus

adulēscēntium numerus disciplīnae causā concurrit, māgnōque

hī sunt apud eōs honōre.

Nam ferē dē omnibus contrōversiis publicis prīvātisque

(aliquid)

cōstituunt et, sī quod est admīssum facinus, sī caedēs facta,

sī dē hērēditāte, dē fīnibus contrōversia est, īdem dēcernunt,

praemia poenāsque cōstituunt; sī quī aut prīvātus aut populus

eōrum dēcrētō nōn stetit, sacrificiis interdīcunt.

Haec poena apud eōs est gravissima.

Quibus ita est interdictum, hī numerō impiōrum ac scelerātōrum

habentur, hīs omnēs dēcēdunt, aditum sermōnemque dēfugiunt,

PURPOSE

(aliquid)

nē quid ex contāgiōne incommodī accipiant, neque hīs petentibus

iūs redditur, neque hōnōs ūllus commūnicātur.

^{DAT} ^{+DAT}
Hīs autem omnibus Druidibus praeest ūnus, quī summam inter eōs hābet

ABL ABS

auctōritātem. Hōc mortuō, aut sī quī ex reliquīs excellit dīgnitāte

succēdit, aut, sī sunt plūrēs parēs, suffrāgiō Druidum,

nōn numquam etiam armīs dē prīncipātū contendunt. Hī certō

annī tempore in finibus Carnūtum, quae regiō tōtīus Galliae

media habētur, cōnsīdunt in locō cōnsecrātō. Hūc omnēs

undique quī contrōversiās habent conveniunt eōrumque dēcrētīs

^{+DAT}
iūdicīisque pārent. Disciplīna in Britannīā reperta atque inde

^{COMP ADV}
in Galliam trānslāta esse existimātur, et nunc quī diligentius

^{ADV} ^{direct.} ^{GERUND}
eam rem cōgnōscere volunt plērumque illō discendī causā proficīscuntur.

6.14: Privileges and doctrines of the Druids

Druidēs ^{abl. sep.} ā bellō abesse cōnsuērunt, neque tribūta ūnā

cum reliquīs pendunt; mīlītiaē vacātiōnem omniumque rērum

habent immūnitātem. ^{abl means} Tantīs ^{P.P.P.} excitātī praemiīs et suā sponte

multī in disciplīnam conveniunt et ā parentibus propīnquīsque

mittuntur. Magnum ibī numerum versuum ēdiscere dīcuntur.

Itaque annōs nōnnūllī XX in disciplīnā permanent.

CONCESSIVE

+ACC +DAT

Neque fās esse exīstimant ea litterīs mandāre, cum in reliquīs ferē

rēbus, pūblicīs prīvātīsque ratiōnibus, Graecīs litterīs ^{+ABL} ūtantur.

Id mihi duābus ^{abl place from which} dē causīs īnstituisse videntur, quod neque

IND STATE

SUBJ SUB ACC

in vulgum disciplīnam efferrī velint neque eōs quī discunt

litteris ^{+DAT} cōfīsōs minus memoriae ^{+DAT} studēre; quod ferē plērīsque
 NOUN CLAUSE

accidit ut ^{abl. cause} praesidiō litterārum dīligentiam in perdiscendō ac

memoriam remittant.

"in the first place"

In prīmīs hōc volunt persuādere, nōn interīre animās sed ab

aliīs post mortem trānsīre ad aliōs, atque ^{abl. cause} hōc māximē ad
 ABLATISS

virtūtem excitārī putant, metū mortis neglēctō. Multa praetereā

dē sīderibus atque eōrum mōtū, dē mundī ac terrārum

magnitūdine, dē rērum nātūrā, dē deōrum immortalīum vī ac

potestāte disputant et iuventūtī trādunt.

6.15: The Gallic equestrian class

Alterum genus est equitum. Hī, cum est ūsus atque

aliquod bellum incidit (quod ferē ante Caesaris adventum
 NOUN CLAUSE

quotannīs accidere sōlēbat, utī aut ipsī iniūriās īferrent

aut illātās prōpulsārent), omnēs in bellō versantur; atque

eōrum ut quisque est genere cōpiisque amplissimus, ita

plūrimōs circum sē ambactōs clientēsque habet. Hanc ūnam

grātiā potentiāque nōvērunt.

6.16: Religion and human sacrifice

Nātiō est omnis Gallōrum admodum dēdita religiōnibus,

atque ob eam causam quī sunt adfectī graviōribus morbīs quīque

in proeliīs periculīsque versantur aut prō victimīs hominēs

immolant aut sē immolātūrōs vovent, administrīsque ad ea

sacrificia Druidibus ūtuntur; quod, prō vītā hominis nisi hominis

vīta reddātur, nōn posse deōrum immortalīum nūmen plācārī

arbitrantur, pūblicēque eiusdem generis habent īnstitūta sacrificia.

Aliī ^{abi. desc.} immānī magnitūdine simulācra habent, quōrum contexta

^{abi. means} vīminibus ^{abi. means} membra vīvīs hōminibus complant; quibus succēnsīs

IND STATE

circumventī flammā exanimantur hominēs. Supplicia eōrum quī

SUBJ by ATTR

in fūrtō aut in latrōciniō aut aliquā noxiā sint comprehēnsī

TEMP

grātiōra dīs immortalibus esse arbitrantur; sed, cum eius generis

cōpia dēfēcit, etiam ad innocentium supplicia dēscendunt.

6.17: Gallic gods

Deum m̄ximē Mercurium colunt. Huius sunt plūrima

simulācra: hunc omnium inventōrem artium ferunt, hunc

(esse)

viārum atque itinerum ducem, hunc ad quaestūs pecūniae

mercātūrāsque habēre vim m̄ximam arbitrantur. Post hunc

Apollinem et Mārtem et Iovem et Minervam.

Dē hīs eandem ferē quam reliquae gentēs habent opīniōnem:

IND STATE

Apollinem morbōs dēpellere, Minervam operum atque

artificiōrum initia trādere, Iovem imperium caelestium

tenēre, Mārtem bella regere. Huic, cum proeliō dīmīcāre

cōstituērunt, ea quae bellō cēperint plērumque dēvovent:

quae superāvērunt, animālia capta immolant, reliquāsque rēs

in ūnum locum cōferunt.

Multīs in cīvitatibus hārum rērum exstrūctōs tumulōs locīs
NOUN CLAUSE

^{ab place where}
cōsecrātīs cōspicārī licet, neque saepe accidit ut neglectā
ABL ABS

quispiam religiōne aut capta apud sē occultāre aut posita

tollere audēret, gravissimumque eī reī supplicium ^{ab) menses} cum cruciātū

cōstitūtum est.

6.18: How Gauls reckon time; a strange custom

IND STATE

Gallī sē omnēs ab Dīte patre prōgnātōs praedicant, idque

ab Druidibus prōditum dīcunt. Ob eam causam spatia omnis

temporis nōn numerō diērum sed noctium finiunt; diēs nātālēs

RESULT

et mēsum et annōrum initia sic observant ut noctem diēs subsequātur.

In reliquīs vītae īstitutīs ^{ab/ respect} hōc ferē ab reliquīs differunt, quod

PURPOSE

suōs liberōs, nisi cum adolēverunt, ut mūnus mīlitiae sustinēre

possint, palam ad sē adīre nōn patiuntur filiumque ^{ab/ desc} puerīlī

aetate in pūblicō in cōspectū patris adsistere turpe dūcunt.

6.19: Marriage and funerals

Virī, quantās pecūniās ^{abl place from which} ab uxōribus dōtis nōmine

ABL ABS

accēpērunt, tantās ex suīs bonīs aestimatiōne factā cum dōtibus

commūnicant. Huius omnis pecūniae coniūctim ratiō habētur

frūctūsque servantur: uter eōrum vītā superārit, ad eum pars

utrīusque cum frūctibus superiōrum temporum pervenit.

Virī in uxōrēs, sicutī in liberōs, vītāe necisque habent

potestātem; et cum pater familiae ^{abl source} illūstriōre locō nātus

dēcessit, eius propīnquī conveniunt et, dē morte sī rēs in

suspīciōnem vēnit, dē uxōribus in servīlem modum

quaestiōnem habent et, sī compertum est, ignī atque omnibus

tormentis excruciatas interficiunt.

Fūnera sunt prō cultū Gallōrum māgnifica et sūmptuōsa;

omniaque quae vīvīs cordī fuisse arbitrantur in ignem īferunt,

etiam animālia, ac paulō suprā hanc memoriā servī et clientēs,

ABL ABS

quōs ab eīs dīlētōs esse cōnstābat, iūstīs fūneribus cōfectīs

ūnā cremābantur.

6.20: Political customs

Quae cīvitatēs commodius suam rem pūblicam

administrāre exīstimantur habent lēgibus sānctum, sī quis

NOUN CLAUSE

F.M.V.

quid dē rē pūblicā ā fīnitimīs rūmōre aut fāmā accēperit, utī

ad magistrātum dēferat nēve cum quō aliō commūnicet, quod

saepe hominēs temerariōs atque imperitōs falsis rīmōribus

abi
means

terrēri et ad facinus impellī et dē summīs rēbus cōnsilium capere

cōgnitum est.

Magistrātūs quae vīsa sunt occultant, quaeque esse ex ūsū

iūdicāvērunt multītūdīnī prōdunt. Dē rē pūblicā nisi per

concilium loquī nōn concēditur.